



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Vita Et Virtutes Venerabilis Patris Lvdovici De Ponte, Societatis Jesu**

**Lamparter, Heinrich**

**Jngolstadii, 1662**

Epistola VII. Ad P. Rodericum De Cabredo.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-43978**

affligit nos, non obliviscitur indulgentiæ, ita viribus nostris accommodans pondera, ut nunquam iusto graviora sint. Laudetur Deus & amantissimus Pater: amemus illum ex toto corde nostro. O Rex meus, & omne bonum meum, quis amare te poterit amore infinito? Nunquid ille, qui, quidquid in facultatibus suis habet usquam, tibi addicit, tibi consecrat integerrimè? *Hactenus illa.*

EPISTOLA VII.

AD P. RODERICVM  
DE CABREDO.

GRATULATUR EI PRO-  
FECTIONEM INDICAM, ONVS-  
QUE REGENDI.

*Pax Christi.*

**D**Oleamne de Reverentiæ  
Vestræ in remotissimas oras  
discessu, an potius invidiam præ-  
claras ad eò Divinæ gloriæ promo-  
vendæ

venta occasione oblatas, nescio,  
Doleo & invideo. Doleo quidem,  
quia non potest non gravis mihi  
accidere Reverentiæ vestræ ab-  
sentia, damnūque indè Provin-  
ciæ nostræ illatum: sacrâ tamen  
etiam invidiâ in illos feror, quorū  
operâ DEVS ad res maximè arduas  
uti dignatur. Gaudeo verò Reve-  
rentiæ vestræ quoque felicem adeo  
fortem obtigisse, Numinisque bo-  
nitatem ob beneficia, quibus Rev:  
vestram cumulavit hæcenus, &  
etiamnum cumulat, singulariter  
commendo. Quamvis autem nec  
invidiam, neq; desiderem regendi  
munus Rev: Vestræ commissum,  
virtutem tamen, quâ DEVS Rev:  
Vestram exornavit, ardentè desi-  
dero. Maeste animo, mi Pater: ille,  
qui ipsam huic expeditioni ac mū-  
neri destinavit, pro infinita sua bo-  
nitate, potentia ac sapientia novit,  
potest ac vult necessarias, ad cœpta  
feliciter

, nescio  
quidem,  
vis mihi  
stræ ab  
Provin-  
tamen.  
, quorū  
ē arduas  
ō Reve-  
em adeō  
que bo-  
ous Rev-  
nus, &  
ulariter  
tem nec  
regendi  
issum,  
ys Rev;  
er desi-  
ter: ille,  
ac mū-  
sua bo-  
a novit,  
cœpra  
felici-

felicitate perficienda, vires imper-  
tite. Nolite, obsecro, illud Moysis  
ingeminare: *Non possum solus susti-  
nere omnem hunc populum, ne gratia  
vobis collata, & deinceps conferen-  
da, cuius ope pondus omne facile  
sustinere valeat, auferatur ab ea: si  
in DEO, ut par est, confidat, tantum  
poterit, quātum DEVS; nihil enim,  
iudicio S. Bernardi, *Omnipotentiam  
verbi clariorem reddit, quā quod o-  
mnipotentes facit omnes, qui in se spe-  
rant.**

Gaudebo etiam, si occasio Rev:  
Vestram alloquendi se obtulerit;  
quod futurum spero, quando Rev:  
Vestra Salmanticam venerit, ut  
postremum suis fratribus vale di-  
cat. Quod si tamen secūs evenire  
contingat, Divinę acquiescamus  
voluntati, in qua adimplendā bea-  
tę vitę & felicitatis nostrę cardo  
versatur; quam, DEO juvante, ubi  
consequemur, mutuo aspectu, col-  
loquio

FF loquio

loquio, & cōsortio æternū fruē-  
mur. Precibus interea, mi Pater,  
nos invicem juvemus. Ego meas,  
si quid valent, Rev: Vestræ, ultro  
offero, supplēxque rogo, ut suarū  
vicissim me participem velit effi-  
cere, ut salvi ambo, apta ad salutem  
plurimorum Dei instrumenta effi-  
ciamur. DEVS Rev: Vestram servet  
incolumem. Amen. Salmantica,  
21. Maij Anno 1598.

## EPISTOLA VIII.

*AD QUANDAM MA-  
TRONAM.*

DE AFFLICTIONIBUS ANI-  
MI, ET SOLATIIS.

**G**ratia & amor æternus Dei  
Domini nostri semper cordi  
tuo inhæreat. Litteræ, quas Domi-  
natio tua ad me dedit, in duas dis-  
tinctæ sunt partes, quarum prior  
afflictiones animi, altera memorat  
solatia, quibus abundat; quam vis  
& illas